

8053 279 inter tegulas MEM., inter lucernas
INSCR. [Monteleone Capialdi].

MPI

Capialdi mem. p. 186 n. 25, inscr. n. 125.

280 [Sassari mus.].

NVRHIV

Descripsit Schmidt dubitans.

281 Pontecagnani apud Picentiam.

OLA

OVM

NI

Iustinus Pecori descripsit.

282 Cornus reperit Elena.

PAPP

Spano figl. n. 178.

283 Tharros [mus. Gouin].

PHETVL

Spano figl. n. 187.

284 Cagliari [mus. Grixoni duobus ex.].

Q. MEMMIO

Spano figl. n. 150.

285 [= 6308, 26] tegula MEM., lucerna INSCR.
[Monteleone Capialdi].

Q. PIDI

Capialdi mem. p. 186 n. 24, inscr. n. 123.

8053 286 Cagliari [mus.].

IRGHATOR

Descripsi. Lectio incerta.

287 Tharros [mus. Roych].

stilo ser. RICOE

Spano figl. n. 208.

288 Cagliari [apud Chessam] et alibi in Sardinia.

S

Spano figl. n. 211.

289 Cagliari [mus. Spano].

SER

Spano figl. n. 215.

290 a rep. Truvine [Cagliari mus.].

b et in tegulis legi et in lucernis repertis
Terralbae et Truvine ait SPANO.

SIACI F

a Spano Truvine p. 10 = *Bull. Sardo* 4, 94,
cat. p. 58, Mnem. tab. 5, 8. Anaglyphum
dedit ligno expressum. — SIAC F *Bull.* et
Mnem.

b Spano figl. n. 219.

291 Sulci [Cagliari mus.].

SINISTER

Spano cat. p. 60, figl. n. 223.

292 Cornus [apud Eph. Timon].

SONN

Spano scop. del 1875 p. 15, figl. n. 226.

8053 293 [Cagliari in museo aut apud Spanum].

SVB · AVG

Spano Truvine p. 11.

294 Oristani [apud Lambertengium].

VD

Descripsit Schmidt.

295 Cataniae [apud Ioh. Rizzarum].

VI

Amico 3, 279.

296 [Cagliari mus.].

VLAM

Descripsit Schmidt.

297 a [Neapoli mus. publ.].

b [Panormi mus.].

VLI CRIS

gryps dextr. currens in a

a Descripsit Dressel sic: VI (vel E) I (vel T) CRIS
b Descripsi.

298 a Itiri in Sardinia.

A X ω

Spano Truvine p. 13 inopia tyorum dans
Ω pro ω.

299 [Cagliari mus.].

in summa lucerna

X

infra:

B

Descripsit Schmidt.

Vascula Calena.

Vascula Calena, id est pateras umbilicatas nigras habentes intus sigillis impressa tam anaglypha diversa quam inscriptiones Latinas¹⁾ litteris prominentibus, post Wilmannsium (in supplementis voluminis nostri primi insertis Ephemeridis epigraphicae vol. I p. 9—11) hoc loco composuimus omnia, quatenus scripta sunt nobisque innotuerunt. Adiunxi iis candelabrum cretaceum n. 8 similis operis. — Calenis artificibus vasa haec deberi inscriptiones quae sequuntur ipsae enuntiant, passimque ea in Campania effodiuntur, quamquam etiam in Etruria, pariter atque nummi Calibus percussi, eius generis frequenter cruderantur (cf. Gamurrini *Bull. dell' Inst.* 1874 p. 82). Ut recentiora sunt colonia Cales deducta a. u. c. 420, ita antiquiora videntur bello Hannibalico propter litteraturam vetustissimam. Ei vetustati convenit quod posteriore tempore qui dicuntur liberti, in duabus inscriptionibus n. 7. 8 praenomen quidem Reti vel Servii et domini gentilicium adsciscunt, sed huic subiungunt Gai vel Titi servos se esse, quod quam ob rem fecerint, explicavi in Ephemeride epigraphica

1) Nuper in eius generis vasculo empto Orvieti repertam est inscriptum Graece similiter ΙΑΟΓΕ (Bull. dell' Inst. 1884 p. 449).

vol. I p. 10 et vol. 4 p. 246 adhibita inscriptione C·SUXTIO·V·4 figlinae urbanae item antiquissimae, quae cui usui servierit rotunda supra, infra plana fere, ab uno angulo perforata, parum constat. Accessit nuper inscriptio stilo exarata in lucerna item in urbe reperta, quam edidit Dressel ann. inst. 1880 p. 269 (cf. p. 342): *T. Ivilio Stii. s. Hill*, id est *T. Ivilus Steni servus Helenus*. Titulum similiter conceptum unum solum novi Bovianensem vol. IX n. 2782: *C. Fladius Ban. f., Luccia V. s.* Comprobatur iam his vocabulis, quod antea ratione magis quam exemplis stabiliri potuit, primitiva aetate ne libertinos quidem cognominibus usos esse. Nam ex tribus eius condicionis hominibus duo certe praeter gentilicium solitis Gai et Servii praenominibus solis appellantur; tertii vocabulum *Retus* aut et ipsum praenomen fuit ea aetate vulgo usitatum aut libertini tum praenomina quaedam usurpabant apud ingenuos non recepta, sicut posteriore tempore aliquamdiu, cum cives Romani reliqui certis tantum et legitimis praenominibus uterentur, libertini ea lege non magis quam mulieres tenebantur. Significatio vocabuli parum certa est; cogitarem de natione, nisi obstaret, quod diphthongus *ae* vetusto tempore in radicibus vocabulorum vix umquam in *e* abit.